UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Quomodo reus debet consulere aduocatu[m] super libello.

---

urn:nbn:de:hbz:466:1-70756

Visual Library

ſitam competentes alioquī dicto libello reſpondē
do ꝓ termino de conſenſu ipaꝝ partium vel earuꝫ
ꝓcuratoꝝ peremptoꝛie aſſignauit. Data ⁊ acta ſūt
hec ⁊c̄. Coꝛaꝫ oꝛdinario tabellio breuiter ſolet ſub
ſcribere dieꝫ poꝛrecti libelli ⁊ dilationē reo datam
iſto modo Exhibito tali libello per talem actoꝛem
vel pꝛocuratoꝛē tale ī pꝛeſentia talis rei vel ꝓcura
toꝛis ipſius ⁊c̄. Anno die tali. Reſpondebitur ꝓ ꝑ
te ipſius rei vel ponētur omnes dilatoꝛie excepti-
ones vel declinatoꝛie die tali ⁊c̄.

¶ Quomodo reus debet con
ſulere aduocatū ſuper libello.

SEquitur quomodo aduocatus ſit conſulēdꝰ
reus accepto libello et obtentis ſuper eo īdu
ciīs conſulat aduocatum ſuper eo. Et in deliberan
do quomodo debꝫ ſe habere reus. de hoc tradit do
ctrinam fulgidam. Guil. in ſpe. de acti. et peti ·§· in
anterioꝛibus. Et ſi reus conuenitur actione reali.
et ipſe rem petitam reo non poſſidet nec detinet ve
niet in termino ſtatuto coꝛam iudice dicendo ſe nō
poſſidere nec detinere rem in libello et res eſt expe
dita quia tunc dimittetur. ff. de rei ven. l. in rem de
appel. ex ꝑte de quo de excep. c. pe. ꝺ re iud. c. abba
te ſane. l. vi ¶ Additio. ¶ Et ſi dixerit ſe non poſſi
dere et poſſit conuinci ꝺ mēdatio perdet cōmoduꝫ
poſſeſſionis ⁊ transfertur in aduerſariuꝫ vt in. l. fi.
ff. de rei vendi. et ſi tp̄e litis cōteſtati. non poſſideat
ſed tempoꝛe ſententie reperitur poſſidere debet cō
demnari. l. ſin autem ·§· poſſidere. ff. eodem titulo
¶ Si autem poſſidet nomine alieno habet paratū
auxilium vt in. c. quoniam frequēter. ꝺ. alle. ī ·§· ꝙ
ſi ſuper/quis facultateꝫ nominandi dominum ha

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bet ſe excuſandi. vt ibi/ ſed ſi poſſid et nomine pro prio tunc offerendo ſe defenſioni videat ſi aliquas habeat exceptiones contra actorem vel ꝓcuratorē vel contra libellum ⁊ eius formam. illas enim ī termino ſibi aſſignato omnes ꝓponat/ vt nota. in allegato capitulo paſtoralis.

¶ Exceptiones ſunt multiplices.

PRo quo notandum ꝙ exceptionū diuerſe ſūt ſpecies. alie ſunt ꝑemptorie/alie dilatorie. alie anormale ⁊ alie mixte/vt nota de exceptioni. c. exceptionum in glo. ⁊ ꝑ hoſtien. in ſumma eo. titu. § ij. plenius in ſpe eo. ti. § ij. et. iij. ⁊ ibi in addi. tanguntur etiam alie diuiſiones. q2 alie peremptorie: alie tp̄ales/alie ꝑſonales/alle reales de quo ibi ⁊c. De ꝑemptorijs videbim⁹ ſuo tp̄e/ de dilatorijs ad ꝑlens videndum. Unde dicuntur dilatorie quia cauſe differunt inſtitu. eo titu. § appellantur. Et dilatoriarum alia dilatoria iudicij/alia ſolutionis Dilatoria iudicij eſt multiplex quia alia competit ratiōe iudicis/alia ratione actoris. alia ratione rei ipſius excipientis/vt quia eſt legatus vel alias habet ius reuocandi domum de foro competenti capitu. vlti. Alia ratione procuratoris/alia ratiōe reſcripti/alia ratione loci/ alia ratione fori de quo in ſpec. de excepti. § i. ꝟ. dilatorie vero. Et ille regulariter ꝓponende ſūt ante litis conteſta. poſtea non niſi incertis caſibus de offi. dele. inſinuāte. et quando plures competunt qne illarum primo debet ꝓponi. vide ī alle. c. paſtoralis de excep. et in. c. inter monaſteriuꝫ de re iudi. ⁊ magna eſt inter doctores difficultas de exceptōe recuſationis an illa debeat eſſe prior tamen io. an dicit ibi ī nouella concluſiue